Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



168

visioni smaragdine. Et in circuitu sedis sedilia. xxiiii.
et super thronos. xxiiii. seniores sedentes circumamicti vestimen
tis albis. et in capitib eorum corone aurree. Et de throno procedit
fulgura et voces. et tonitrua. Et. vii. lampadas ardentes ante
thronu. qui sunt. vii. spes di. Et in conspectu sedis tanquam mare
vitreum. simile christallo. Et in medio sedis et in circuitu se
dis. iiii. animalia plena oculis ante et retro. Et animal primum
simile leoni. et secundum animal simile vitulo. et tertium
animal habens faciem quasi hominis. et quartum animal simi
le aquile volanti. Et. iiii. animalia singula eorum habebant
alas senas. et in circuitu et intus plena sunt oculis. Et requiem non
habebant die et nocte dicentia. Sanctus. Sanctus. Sanctus. dnus ds omnps.
qui erat et qui est et qui venturus est. Et cum darent illa. iiii. anima
lia glam et honorem et benedictionem sedenti sup thronum vi
venti in secla seculorum procidebant. xxiiii. seniores ante sedentem
in throno. et adorabant viventem in secla seculorum. Et mitte
bant coronas suas ante thronum di dicentes. Dignus es dne ds
nr accipere glam et honorem et virtutem. qa tu creasti omnia
et propter voluntatem tuam erant et creata sunt. Et vidi in
dextera sedentis sup thronum librum scriptum intus et foris.
signatum sigillis. vii. Et vidi angelum fortem predicantem voce
magna. Quis est dignus aperire librum. et solvere signacula eius.
et nemo poterat in celo neq; in terra. neq; subter terram aperire
librum. neq; respicere illum. Et ego flebam multum. quoniam ne
mo dignus inventus est aperire librum. nec videre eum. Et unus de
seniorib dixit mihi. Ne fleveris. Ecce vicit leo de tribu iuda
radix dvid aperire librum. et. vii. signacula eius. Et vidi. et ecce Ind. 1.
in medio throni. et iiii. animalium. et in medio seniorum
agnum stantem tanquam occisum. habentem cornua. vii. et oculos
vii. qui sunt. vii. spes di missi in omnem terram. Et venit.
et accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cum aperu
isset librum. iiii. animalia. et xxiiii. seniores ceciderunt co
ram agno. habentes singli cytharas. et phialas aureas plenas
odoramentorum. que sunt orationes sanctorum. Et cantabant canticum